



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

Aliud in eundem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

# AD AUGUSTISSIMUM CÆSAREM LEOPOLDVM.

**P**Annōniis trepidum placans in finib⁹ Istrum  
Dum peregre est ales Cæsaris atq; Jovis.  
Tempora captem⁹, Matremq; Erfordia totam  
Excutiamus, ait, quis vetet excutere?  
Effugisse oculos nimirum, unguemq; volucris  
Cæsareæ, vano credidit augurio.  
Tempora captavir, totamq; Erfordia tergo  
Accepit Matrēm: Thrax quoq; detumuit.  
Nempe ita Dīs visum, fortunatissime Cæsar,  
Ne scelere inferior tam bona causa foret.  
Cæsareis cessere aquilis trax civis, & hostis,  
Bisgeminumq; adeò fers, LEOPOLDE, decus.  
Eminet hinc meritò duplīci tua fronte volucris,  
Et decorat binūm bina corona caput.

*In Gentilium Leonem Emī. Archipræsulū Moguntini JOAN-  
NIS PHILIPPI cum Erfordiae expugnatae veniam  
erratorum daret.*

**H**irrent quo patræ, Princeps mitissime, ceræ,  
Iras ac animos non habet iste Leo?  
Vidi ego blandum hosti, nec stantia lumen a flammæ,  
Oraque lambentem, victæ Gerane, tua.  
Vidi ego di vitiis mūltos & honoribus auctos,  
Queis honor exilium dignus, & ensis erat.  
Iras, fallor, habet, vincendum quando superbos,  
Iste Leo; irarum nil, ubi vicit, habet.  
Tu mitem reverenter habe, Thuringe, Leonem,  
Qui simul esse potest mitis, & esse Leo.

*Aliud in eundem.*

**N**on alitur rapto, aut acuit rugitibus iras  
Bis sex Phœbi inter qui micat Astra Leo.

†† 2

Sed

Sed fremit, attollitque juba, ac dente minatur  
Sive Tuus Libye, seu Leo, Baetra, Tuus.  
Ergo vulnificos habeat cum terra leones,  
Cœlestis Tuus est, magne Philippe, Leo.

*Aliud de eodem Eminentis. Electore.*

**M**Agnes Alexander, magnusq; Henrice, vocan  
Magnus Pompei, Carole, magnus Otho.  
Multæ dedit vobis virtus, at plurima casus:  
Haud certè solos nomina tanta decent.  
Præsule quo gaudet Moguntia clara PHILIPPO,  
Parabit, aut nubes celsius ille secat.  
Martis opus vestri gentes frenare superbas:  
Dignior huic, se se vincere cura fuit.  
Jusserunt victos vestri servire triumphi:  
Hic solum ut victis parceret, arma tulit.  
Bella hic composuit: vos confecisse fatemur;  
Dicte nunc, istud majus, an illud opus?  
Pace igitur vestrâ si fas est vera fatéri,  
Vos posthac magni, maximus alter erit.

*De eodem, ac celissimo Episcopo ac Principe Monasteriensi BER  
NARDO CHRISTOPHORO cum ex Bello Turcico redi  
Erfordiam recenter expugnatam transiret.*

**O**Cultum semper mihi par, semperq; colendum  
Queis majus Teuto nil habet, aut melius!  
Absit livor iners, veteris decora alta metalli  
Ut redeant seculo, vos duo sufficitis.  
Dum quām sint vobis cordi aræ, ac Numinæ spe&to,  
Dico: fuit nunquam cœlo ita magnus honos.  
Legibus ornatis Patriam, defenditis armis,  
Ceu labor hic vobis, unaq; cura foret.  
Quem superi cultum, quos vobis Patria mores  
Debet! Di reddent; Patria, cede bonis.

Non